



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1 Vtrum opponatur virtuti amicitiae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

AD III. dicendū, q̄ authoritas illa loquitur de eo, q̄ proditorie alteri adulatur, vt cum decipiat.

QVAESTIO CXVI.

De litigio, in duos articulos diuisa.

LITIGIA considerandum est de litigio.

Et circa hoc quaruntur duo.

¶ Primo, Vtrum opponatur virtuti amicitiae.

¶ Secundo, De comparatione eius ad adulationem.

ARTICVLVS I.

Vtrum litigium opponatur virtuti amicitiae, seu affabilitatis.

AD PRIMVM sic proceditur. Vt, q̄ litigiū nō opponatur virtuti amicitiae, vel affabilitatis.

Litigium n. ad discordiam pertinere v̄t, sicut & contentio: sed discordia opponitur charitati, sicut dictum est. * ergo & litigium.

¶ 2. Præ. Prou. 26. dicitur. Homo iracundus incendit litem: sed iracundia opponitur mansuetudini. ergo & litis, siue litigium.

¶ 3. Præ. Iac. 4. dicitur. Vnde bella, & lites in vobis? Nonne ex eo cupiscitis vestris, quæ militant in membris vestris: sed sequi concupiscentias v̄t opponi temperantia. ergo videtur, q̄ litigium non opponatur amicitiae, sed temperantia.

Sed contra est, quod Phil. in 4. * Ethic. litigiū opponit amicitiae.

¶ Respon. Dicendum, q̄ proprie litigiū in verbis consistit, cum scilicet unus verbis alterius contradicit: in qua quidem contradictione duo possunt attendi. Quandoque enim contingit contradictio pp̄ personam dicentis, cui contradicens consentire recusat pp̄ defectum amoris animos vnientis: & hoc videtur ad discordiam pertinere charitati contrariam.

Quæque verò contradictio oritur ratione personæ, quam aliquis contristare non veretur: & sic fit litigium, quod prædictæ amicitiae, vel affabilitati opponitur, ad quæ pertinet delectabiliter aliis conuiuere. Vnde Phil. dicit in 4. * Ethic. q̄ illi, qui ad omnia contrariatur causa eius, quod est contristare, neque quoscumque curantes, dy scoli, & litigiosi vocantur.

¶ Ad PRIMVM ergo dicendum, q̄ contentio magis proprie pertinet ad contradictionem discordiæ,

¶ Super Questionis censuram ad articulum primum.

In articulo primo questione 116. nota primum differentiam inter contentionem, & litigium in tribus. Primo, in fine: quia finis contentionis est impugnatio veritatis, ut patet superius questione 8. & ex definitione Ambrosii. Contentio est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Finis autem litigii est turbare quietem animi. Nam contristatio nihil aliud est, q̄ ingerere inquietudinem animi. Et hæc est per se, & essentialis differentia inter hæc duo vitia. Secundo, differunt in materia proxima: quia contentio est in colloquio, litigium vero est, & in colloquio, & alius actibus ad conuersationem concurrentibus, sicut & affabilitas, cui contrariatur. Tertio, in radice: quia contentio, ut in littera dicitur, est ex discordia animorum: litigium vero nō ex alia est causa, nisi quia molestus natura, aut, vel passione quis est aliis in conuersando.

¶ Nota secundo, q̄ sicut contingit de herede dupliciter, scilicet formaliter, hoc est, cum intentione detrahendi. & materialiter, hoc est, ex loquacitate non animo detrahendi, ita contingit esse aliquos litigiosos dupliciter, scilicet formaliter, hoc est, cum intentione contristandi proximum, opponere his que dicuntur, aut exhibere se gramem, seu molestum aliis: vel materialiter, scilicet non cum hac intentione, sed tamen cum effectu: ut accidit his, qui consueverunt dare agresstes responsiones, qui ne sciunt hilariter conuiuere, & conuersari cum aliis, hoc nō ex intentione contristandi alios, sed ex complexione, vel malo usu, aut passione. Et hic licet non sit formaliter litigiosus, est tamen materialiter, & quod ad effectum litigio-

9. 37. arti. 6.

Lib. 4. cap. 6. tomo. 5.

Lib. 4. cap. 6. noui procul a princ. tomo 5.

malis non habet per se rationem peccati, quia non est contra legem Dei: ideo cum dicitur adulator laudando peccatum alienum peccat mortaliter, intellige, si laudat hominem de peccato mortali. Nam si de veniali laudat, simpliciter peccat, quoniam materia nō est contraria charitati, nec contra iustitiam Dei: sed præter illam laudat, qui veniale laudat: quia veniale non est contra, sed præter iustitiam Dei. Nec contra dilectionem proximi loquitur, iudicando eum in peccato veniali, sed peccat tam, ut patet.

totis mentes a rigore veritatis emollit ad noxiam. ergo multo magis adulator in se mortaliter peccat. ¶ 3. Præ. In Decretis scribitur di. 46. Clericus, qui adulationibus & petitionibus uacare deprehenditur, degradatur ab officio: sed talis pena nō infligitur nisi pro peccato mortali. ergo adulatio est peccatum mortale.

Sed contra est, quod Aug. * in ser. de purg. inter peccata immuta numerat, si quis cuiquam maiori personæ aut ex voluntate, aut ex necessitate adulari voluerit.

¶ Respon. Dicendum, q̄ sicut supra dictum * est, peccatum mortale est, quod charitati contrariatur. Adulatio autem quæque quidem charitati contrariatur, quæque autem non. Contrariatur siquidem charitati tripliciter. Vno modo, ratione ipsius materiam, puta, cum aliquis laudat alicuius peccatum. Hoc n. contrariatur dilectioni Dei, contra cuius iustitiam homo loquitur: & contra dilectionem proximi, quem in peccato fouet, unde est peccatum mortale, sicut illa. 5. Vt qui dicitis malum boni. Alio modo, ratione intentionis, puta, cum quis alicui adulatur ad hoc, q̄ fraudulenter ei noceat vel corporaliter, vel spiritualiter, & hoc etiam est peccatum mortale. Et de hoc h̄c Prou. 27.

Mellora sunt vulnera diligenter, quam fraudulenta oscula odicitis. Tertio modo, per occasionem, sicut cum adulatoris fit alteri occasio peccandi, etiam præter adulatoris intentionem. Et in hoc considerare oportet, utrum sit occasio data, vel accepta, & qualis ruina subsequatur, sicut potest patere ex his quæ supra * de scandalo dicta sunt. Si autem aliquis ex sola auaritia delectandi alios, vel consequendum aliquid in necessitate, alicui adulatus fuerit, non est contra charitatem: unde non est peccatum mortale, sed veniale.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ authoritates illæ loquuntur de adulate, qui laudat peccatum alicuius. Talis n. adulatio dicitur plus nocere, q̄ gladius persecutoris: quia in potioribus bonis nocet, s. in spiritualibus. Non autem nocet ita efficaciter: quia gladius persecutoris occidit effectiue, quasi sufficiens causa mortis: nullus autem adulando potest esse alteri sufficiens causa peccandi, ut ex supradictis patet. *

¶ AD II. Dicendum, q̄ ratio illa procedit de eo, qui adulatur intentione nocendi. Ille enim plus nocet sibi quam aliis, quia sibi nocet tamquam sufficiens causa peccandi, aliis autem occasionaliter tantum.

litigiosus, quia in suis colloquiis, & ex conuersatione infert de facto tristitiam aliis. Nec excusatur a peccato, quoniam uoluntarii sunt actus isti deformes: sicut non totaliter excusatur detrahens ex loquacitate.

¶ Nota tertio pro art. 2. q. quia magis contrariatur affabilitati litigium quam adulatione, ut utius est hominem, qui multum esse uirtuosus, declinare in extremum adulationis, quam litigii, hoc est, attendere, ut in colloquiis, & conuersatione sua magis declinet, ut potius excedat in placendo, quam in contristando, iuxta illam regulam Philo. 2. Ethic. vi delictet, quod declinandum est in uirtutem similibus uirtuti. Et haec de tota hac questione facit.

Est Aug. in lib. de spiritu, & litter. c. 4 a med. tomo 3.

Lib. 7. ca. 6. parum ante med. com. 5.

* lib. 4. cap. ult. non longe a princ. tomo 4.

litigium aut ad contradictionem, quae fit intentione contristandi.

AD II. Dicendum, quod directa oppositio uitorum ad uirtutes, non attenditur secundum causas, cum contingat unum uitiu ex diuersis causis oriri, sed attenditur secundum speciem actus. Licet autem quandoque litigium ex ira oriatur, potest tamen etiam ex multis alijs causis oriri: unde non oportet, quod directe opponatur mansuetudini.

AD III. Dicendum, quod Iacobus loquitur ibi de concupiscentia secundum quod est generale peccatum, ex quo omnia uitia oriuntur, prout dicit glossa ad Rom. 7. Bona est lex, quae dum concupiscentiam prohibet, omne malum prohibet.

ARTICVLVS II.

Utrum litigium sit grauius peccatum, quam adulatio.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod litigium sit minus peccatum, quam contrarium uitiu. scilicet placiditas, uel adulatio. Quod non aliquid peccatum plus nocet, ratio peius esse uidetur: sed adulatio plus nocet, quam litigium. dicitur enim Isai. 3. Popule meus, qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt, & uiam gressuum tuorum distillant. ergo adulatio est grauius peccatum, quam litigium.

¶ Praet. In adulatione uidetur esse quaedam dolositas, quia aliud adulator dicit ore, aliud habet in corde: litigiosus autem caret dolo, quia manifeste contradicit: ille autem qui cum dolo peccat, turpior est, ut Philosophus dicit in 7. * Ethicor. ergo grauius peccatum est adulatio, quam litigium.

¶ Pra. Verecundia est timor de turpi, ut patet per Philosophum in 4. * Ethicor. sed magis uerecundatur homo esse adulator, quam litigiosus. ergo litigium est minus peccatum, quam adulatio.

SED CONTRA est, quod tanto aliquid peccatum uidetur esse grauius, quanto spirituali statui magis repugnat: sed litigium magis repugnat statui spirituali. dicitur enim 1. ad Timoth. 3. q. oportet episcopum non litigiosum esse. & 2. ad Timoth. 2. Seruum Domini non oportet litigare. ergo litigium uidetur esse grauius peccatum, quam adulatio.

Respon. Dicendum, quod de utroque istorum peccatorum loqui possumus dupliciter. Vno modo, considerando speciem utriusque peccati. Et secundum hoc, tanto aliquid uitiu est grauius, quanto magis repugnat oppositae uirtuti. Virtus autem amicitiae principaliter tendit ad delectandum, quam ad contristandum: & ideo litigiosus qui superabundat in contristando, grauius peccat, quam placidus, uel adulator, qui superabundat in delectando. Alio modo, possunt considerari secundum exteriora motiua. Et secundum hoc quandoque adulatio est grauior, puta, quando intendit per deceptionem indebitum honorem, uel lucrum acquirere. Quandoque uero litigium est grauius, puta, quando homo intendit uel ueritatem impugnare, uel dicentem in contemptum adducere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut adulator po-

test nocere occulte decipiendo: interdu nocere manifeste impugnan- autem est ceteris paribus, manifeste quali per uolentiam, quam occulte. Vt grauius peccatum, quam furum, ut supra.

AD II. Dicendum, quod non homo humanis illud est grauius, quod est in hominis est ex ratione: & ideo peccata carnalia, quibus caro dominatur, quamuis peccata spiritualia sint grauiora, cedunt ex maiori contemptu. Similiter sunt ex dolo, sunt turpiora, iniqua ex quadam infirmitate procedunt: de- sitate rationis, cum tamen peccata ma- doque sint ex maiori contemptu, & quali cum dolo existens, uidetur esse litigium quasi ex maiori contemptu pe- detur esse grauius.

AD III. Dicendum, quod sicut in uerecundia respicit turpitudinem peccati, semper magis uerecundatur homo de- cato, sed de magis turpi peccato. Et magis uerecundatur homo de adula- litigio, quam uis litigium sit grauius.

QVAESTIO CXVII. De liberalitate, in sex articulis diuisa.

DE ENDE considerandum est, de liberalitate, & uitijs oppositis, scilicet auaritia, & prodigalitate.

Circa liberalitatem autem quaeruntur sex.

- ¶ Primo, Utrum liberalitas sit uirtus.
- ¶ Secundo, Quae sit materia eius.
- ¶ Tertio, de actu ipsius.
- ¶ Quarto, Utrum magis ad curam dare, quam accipere pertineat.
- ¶ Quinto, Utrum liberalitas sit pars iustitiae.
- ¶ Sexto, De comparatione eius ad alias uirtutes.

ARTICVLVS I.

Utrum liberalitas sit uirtus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod liberalitas non sit uirtus. Nulla enim uirtus contrariatur naturali inclinationi: inclinatio autem naturalis est ad hoc, ut aliquis plus sibi quam alijs prouideat, cuius contrarium pertinet ad liberalitatem, quia ut Philosophus, dicit in 4. Ethicor. liberalis non est respectu ad seipsum, ita quod sibi minus contemnit, ergo liberalitas non est uirtus.

¶ Praet. Per diuitias homo suam vitam sustentat, & ad felicitatem diuitiis organice deserunt, ut dicitur in 1. * Ethicor. Cum ergo diuitiis uirtus ordinetur ad felicitatem,